Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fatuarū. Quare tunc ardebant. Quia ñ de erant laudes
hominū. Postea uero quā surrexerunt idē inresurrecti
one amortuis. ceperunt aptare lampades suas. idē pre
parare ad. operū suorū reddere rationē. Et quia tunc
nemo ē qui laudet. omnis homo causę suę uacat. nemo
ē qui tunc ñ de se cogitet. ñ ergo erant qui oleū uen
derent. ceperunt deficere lampades. et conuerterunt
se fatuę ad quinq; prudentes. Date nobis de oleo uro qa
lampades nrę extinguuntur. Hoc querebant qd consue
uerant. idē alieno oleo lucere. ad alienas laudes ambulare.
Date nobis de oleo uro. quia lampades nrę extinguunt.
At illę ne forte inquiunt ñ sufficiat nobis et uobis.
ite potius aduendentes. et emite uobis. Non consulentiū
sed irridentiū ista responsio. Quare irridentiū. Quia sapi
entes erant. quia sapientia erat in illis. Non enī sapientes
de suo erant. sed illa in illis erat sapientia de qua scriptū
ē in quodā libro. quę dicit contemptoribus suis cū uene
rint ad mala quę illis minata sunt. et ego urę pditioni
supridebo. Quid mirū est quia sapientes irrident fatuas.
Quid ē irridere. Ite aduendentes et emite uobis. Qui non
solebatis bene uiuere. nisi quia uos homines laudabant.
Qui uobis oleū uendebant. laudes uendebant. Qui uendunt
laudes. nisi adulatores. Quanto magis ñ acquiescentis
adulatoribus. et intus oleū portaretis. et ppē bonā con
scientiā omnia opera bona faceretis. tunc dicertis. Emen
dabit me iustus in misericordia et arguet me. ole
um aut peccatoris non impinguet caput meū. Melius